



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula XXIV. Licentiae pro Confessario Regulari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

FORMULA XXIII.

Licentia pro Confessario seculari.

Dodericus à Cunha, Dei, & Apo-
stolice Sedis gratia Archiepisco-
pus, ac Dominus Brachare, Hispa-
niarumque Primas, &c. Dilecto nobis
in Christo Presbytero N. præsentium
tenore tibi per examinatores nostros
Idoneos reperto, & per nos approba-
to, utin Civitate, & diœceti nostra
Bracharensi, (*si vero sit restricta ad
locum vel Ecclesiam, dicatur, ut in loco N. seu in Ecclesia N.*) Confessio-
nes fidelium audire, & pœnitentes ab-
solvere valeat, præterquam à casibus
& censuris nobis reservatis facultatem
concedimus & imparsum. Te in Do-
mino admonentes, ut quæ pro recta
hujus Sacramenti administratione per
sacros Canones sancta, vel à nobis or-
dinata fuerint, attente per legas, accu-
ratèque observes. In quorum fidem,
&c. Dat. Brachare Augustæ ex Archi-
episcopali Palatio..... Mens... Ann.

FORMULA XXIV.

Licentia pro Confessario Regulari.

Dodericus, &c. Dilecto nobis in
CHRISTO fratri N. Ordinis
S.N. præsentium tenore tibi à tuo su-
periore nobis legitimè præsentato, &
per nos approbato, ut in civitate, &
diœcesi nostra in Ecclesia monasterii,

seu Conventus Ordinis tui, ubi habi-
tas, & in aliis item Ecclesiis quæ non
sunt Ordinis tui, dum tamen admo-
neas priùs Parochiæ Curatum, Con-
fessiones fidelium audire, & pœniten-
tes absolvere valeas, præterquam à ca-
sibus, & censuris nobis reservatis, &
privilegio tibi non concessis, faculta-
tem concedimus, & imparsum. Te
in Domino admonentes, & hortantes,
ut quæ pro recta hujus Sacramenti ad-
ministratione per factos Canones san-
cta, vel à nobis ordinata fuerint, at-
tentè per legas, accuratèque observes.
In quorum fidem, &c. Dat. Bracka-
re Augustæ, &c.

FORMULA XXV.

*Licentia pro eisdem prima Classis Con-
fessariis Regularibus.*

Dodericus, &c. Tibi Dilecto no-
bis in CHRISTO fratri N. Or-
dinis S. N. à tuo Superiore legitimè
præsentato, & à nobis approbato Pœ-
nitentiæ Sacramentum in civitate, &
diœcesi Bracharensi in Ecclesiis tui Or-
dinis, atque etiam graviter ægrotanti-
bus, quorum Confessiones tu alias
audire consueveris in eorum domi-
bus, monito tamen prius ipsius ægrotan-
tis Parocho ægritudo non sit re-
pentina, aut mortis periculum non im-
mineat (quo casu ipso etiam non ma-
nito, volumus tibi licere, ita tamen ut
quamprimum Confessione audita,
eundem certiorem facias, testimonio

D

item